

Lectio secunda

Nonne Deus elegit pauperes heredes Regni?

Lectio Epistolæ beāti Iacobi apóstoli 2, 1-5

Fratres mei, nolite in personarum acceptiōne habere fidem Dómini nostri Iesu Christi glóriæ.

Etenim si introierit in synagógam vestram vir áureum anulum habens in veste cándida, introierit autem et pauper in sórdido hábitu, et intendátis in eum qui indútus est veste præclára, et dixeritis: « Tu sede hic bene », páuperi autem dicátis: « Tu sta illic aut sede sub scabéllo meo », nonne iudicátis apud vosmetípsos et facti estis iúdice cogitatiónum iniquárum?

Audíte, fratres mei dilectíssimi. Nonne Deus elégit qui páuperes sunt mundo dívites in fide et herédes Regni quod repromísit diligéntibus se?

Verbum Dómini.

Alleluia Mt 4, 23

℞. Allelúia. ℣. Prædicábat Iesus Evangélium Regni,
et sanábat omnem infirmitátem in pópulo.
℞. Allelúia.

Evangelium

Surdos facit audire et mutos loqui.

✠ Lectio sancti Evangélii secúndum Marcum 7, 31-37

In illo témpore:

Iterum éxiens Iesus de fínibus Tyri venit per Sidónem ad mare Galilææ inter médios fines Decapóleos.



<https://ccwatershed.org/hymn>

ONE OF THE main authors for the Church Music Association of America's blog declared (6/10/2022) that the *Father Brébeuf Hymnal* **"has no parallel and not even any close competitor."** That author also said (6/10/2019) of the *Brébeuf Hymnal* that it's "hands down, the best Catholic hymnal ever published. [...] It is such a fantastic hymnal that it deserves to be in the pews of every Catholic church."